

Zhe
756



LECTORI
SACRORVM FONTIVM CUPIDO
SALUTEM.

Inter varias Bibliorum Hebraicorum Editiones, quas manuales vocant, praesens certe b. Reineccii, ob formae qualitatem, typorum elegantiam, chartae puritatem, & alia, opus quoddam Lectoribus commendantia, non posteriorem occupat locum. Exemplaribus priorum Editionum, quarum prima anno 1775, secunda 1739. in lucem publicam prodibat, consumptis, tertia nunc sequitur prioribus minime cedens, Bibliopola, cuius sumptibus prodit, nullis impensis parcente, sed eas liberaliter exhibente.

Revisionem prima & secunda Editionis ipse b. Editor summa cum diligentia curavit, prout ex Praefatione, prima Editioni praemissa, patet, quae & huic nostrae ideo adjecta est, ut quilibet ex ea prospicere possit, quantum ille ante praestiterit.

Tertiae hujus Editionis revisio, cum clarissimus Reineccius iam anno 1752, die 18 Octobris, Leucopetra, sextum saepe obloquensimum annum agens, naturae debitum solvisset, illi demandata est: nec huc labori me proorsus imparvem fore, ob id praesertim putat, cum Bibliorum jam aliquot Hebraicorum revisiones in me susceptas sub auspiciis Divinis